



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Ecclesiastici

Jncipiens ab Anno Domini CCCC.XL. perueniens vsque ad D.XVIII. inchoatur
ab Imperio Justini senioris: complectitur Annos LXXVIII.

Baronio, Cesare

Coloniæ Agrippinæ, 1624

Iesv Christi Annus 461. Hilari Pap. Annus 1. Leonis 5. Severi 1. Impp.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14573

Nr. 24.

XXIV.

XXIV.

I. MAIORIANUS MORS ET SEVERI IMPERATORIS.

Fama de Rom Imp. & in East.

II.

III.

LEONIS PP. ORBITVS.

aliquando venisset ad eam spectantiam, videt Lauram Euthymij positam in media solitudine, & quemadmodum cella fratrum erat à se inuicem seuncta: & cum illud Scriptura apud se cogitasset: Quam pulchri sunt pedes tuos, tabernacula Israel: & ex eo anima esset valde compuncta: ad eam statim mitis Gabrielis, rogans Euthymium, vt sibi permitteretur ad eam accedere, & sibi illius sermone atque doctrinam: & simul etiam Lavra, & dare reddere habebat in animo: causa autem erat, vt fratris daretur sufficiens rerum necessarium suppeditatio. Ille vero eam sic prius compellat: Cum tuus decessus sit in foribus: cur sollicita es à silva, & distrahens circa plurima? Illa sibi solum parata, qua pertinent ad excessum ex hac vita. Nostri autem ne memineris quantum ad reddendum & pecunias, sed communis Domini memineris, apud quem rogatum vt nostris precibus recederis.

Hic illa auditus, hic ad hunc affectionibus miseriam diuisum habuit animum, admiratione & animi egritudine: illud quidem magis Euthymij tribuens presentia, & quemadmodum quod ipsa animo suo agitabat, ille longo antestatio intelligat: hoc autem propter ea, quod ipsa à sua ipse excidisset. Valebat autem ei pecunias relinqueret & rediret, vt diximus: Hinc vbi de venit ad sanctam civitatem, & cum Anastasium accessisset Patriarcham, & ei exposisset, quae à domino audisset Euthymio ea fecit, quae illi priori cogitationis respondebant. & erat plane fraternitas. Et primam quidem Stephani protomartyris Christi templum, quod nondum erat plene constructum, dedicat quinto decimo mensis Ianuarij: deinde cum ei etiam multum tribuisset reddituum, & eius curam dedisset Gabrielio, neq. alias quos, nelexit Ecclesiam, quae ab eo edificata fuerant, sed eas quos, valde diligenter obibat, & dedicans, & sufficientem redditum vt curam, tribuens. Cum quatuor autem mensis iam praeterissent post dedicationem, ipsa quoq. humana vita relinquit, excedit ad Dominum, haecenus Cyrillus res Eudociae profecutus. Hunc tandem felicem finem consecuta est Eudocia Augusta, de qua (verè dixerim) plane miraculum contigit, vt luminaria potens in praesens lapla, diu; in ea veritata, reliquerit, & nunquam sancto sine clausit diem extremum.

IESV CHRISTI Annus 461.

HILARI PAP. LEONIS 5 IMPP. ANNUS SEVERI I.

ANNO Christi agit quadragesimus sexagesimus primus, Consulibus Severino & Dagalaiphio: quo Maiorianus Imperator apud Dertona Hispaniae civitatem fraude Seueri necatur, qui post eam tyannicè inuasit Imperium. Haec quidem Marcellinus sub huius anni Consulibus, necnon Cassiodorus, qui item affirmat id factum immisione Ricimeri Magistri militum Gothi hominis & Ariani, cuius ope Seuerus in Imperium est exaltatus. Quæto autem die vel mense hæc acciderint, antiquorum (quod viderim) cum nullus prodax, haud acquiescendum. Quatuor recentiori auctori pro animi sententia annos, menses, & dies tum Maioriano, tum Severo etiam praesentibus. Nobis autem religio planè sit, quicquam absque maiorum auctoritate firmate. Porro de eius sepulchro hi extant Ennodij verba:

Cum presat q. auctor huiusmodi fortuna petiitum
 Contulit exuuij, Maioriane tuis.

Nunc indignis pyramidum iam prope moles,
 Vixit Principibus, lingue sepulchra popi.

Sic igitur Maioriano laudatissimo Imperatore sublaro, plagè occidit Occidentale, quod ei innitebatur Imperium: cuius quæ illa certior causa praecessit, quod Gotho homini & haeretico Ariano Ricimeri creato Magistro militum, male creditæ fuisse vires Imperij, vt exitus declaravit: docuit enim sepe experimentum, magno dano haeretico admisceri Catholicis: quod nulla sit (vt ait Apostolus) conuentio lucis ad tenebras.

Eodem etiam anno, sub iisdem Consulibus, tertio Idibus Aprilis moritur S. Leo Romanus Pontifex, cum sedisset annos viginti vnam mensibus triginta duobus. Rq.

dargitur verè erroris Marcellini Chronicon, dum anno superiori Leonis Papæ obitum ponit: Etenim cum reperiantur ab eo datae epistolae anno qui hunc praecedit, mensis Augusti, & sit omnium sententia; ipsum vita functum mense Aprilis: certum est non ante praesentem annum id contigere potuisse. Hic quidem ob excellentem virtutem, doctrinam, & in cura pastoralis vigilantissimum studium, à maioribus, Magnis cognomento iure merito que meriti appellari.

De quo cum sint nonnulla antiquis tradita monumentis, quae neque à certis eius sedis annis adscribi, hic in eius obitu referemus: atq. in primis quæ de eo habet S. Gregorius Papa in epistola ad Constantinam Augustam his verbis: Cyrenæa autem tranquillissima domina, qua Romanus consuetudo non est, quando Sanctorum reliquias laos, vt quicquam tangere praesumant de corpore, sed tantummodo in pixide brandeum mittitur, atque ad sacratissima Sanctorum corpora ponitur: quod eleuatim in Ecclesia, quae est dedicanda, cum veneratione reconditur: & tante per hoc ibidem virtutes sunt, ac si illi specialiter eorum corpora deferantur. Vnde contigit, vt beatus veneratoris Leonis Papæ rem: oribus (sicut à maioribus traditur) dum quidam Graeci de talibus reliquijs dubitarent: praedictus Pontifex hoc ipsum brandeum allatis & sicidum incidere, & ex ipsa iniectione sanguis efflaxerit. hæc S. Gregorius. Vnde autem accepit receptus auctor, quærem diuersè ab ipso Gregorio narrat, non inuenimus.

At hic opportune describamus veterem Ecclesiae morem ponendi vela vel sudaria supra Apostoli Petri sepulchrum, vt ea recipient benedictione locupletet, meminit eius Gregorius Turonensis, qui de ipsa basilica Vaticana ista praemittit: Quatuor ordines columnarum valde admirabilium numero nonaginta sex habens. Habet etiam quatuor in altari, quae sunt simul centum, praeter illas quae Ciborium sepulchri sustentant. Hoc enim sepulchrum sub altari collocatum, valde curam habetur. Sed qui orare desiderat, referatur cancellis quibus locus ille ambitur, accedit super sepulchrum: & sic foveilla parvula patefacta, immisso intorsum capite, quae necessitas promit, efflagitat. Nec moratur effectus, si petitionis tantum iustis proferatur oratio. Quod si beata auferre desiderat pignora, palliolum aliquod momentana (nempe itate) pensatum tacit introsectis: deinde vigilans ac ieiunans, deuotissime deprecatur, vt deuotionis sua virtus apostolica suffragetur. Mirum dicit, si fides hominis provaluerit, à tumultu palliolum eleuatum, ita imbuitur diuina virtute, vt multo amplius quàm prius pensauerat, ponderaret: & tunc sic que lenauerit, cum eius gratia sumptisse quod petiit. Multi enim & clauas aureas ad referandos cancellos beati sepulchri faciunt, qui forentis pro benedictione, priores accipiunt, quibus infirmitates tribulatum medentur. Omnia enim fides integra praestat. Sunt tibi & columna mira et gratia candore inuoc. quatuor numero, quae Ciborium sepulchri sustinere dicuntur. haecenus ille: quæ, vt facilius intelligas quæ de S. Leone ex Gregorio Papa sunt enarrata, hic tibi peccanda proponimus.

Rursum verò apud Sophronium hæc de eodem Leone scripta leguntur: Cum descendisset Abbas Anus Hierosolyma, & Patriarcha ordinatus esset, veniunt omnes monasteriorum ceteri Abbates, vt adorarent eum: inter quos adfuit & ego cum Abbate meo. Capiti Patriarcha dicitur Patribus: Orate pro me, Patribus magnum enim omnis & intolerabile mihi iniuriam est, sacerdotij dignitas me terret immo dico, Petri & Pauli similia est regenerationales animarum. Ego autem infelix & peccator sum: plus enim quàm cetera timeo ordinationis sacrum. Nam inueni scriptum, quia beatus Leo & equalis Angelus Leo Papa, qui Romanorum Ecclesiae praesuit, quadraginta dies persequitur ad sepulchrum Apostoli Petri, vigilans & orationibus insistens, petens, ab Apostolo, vt pro se apud Deum intercederet, vt dimitterentur sibi peccata sua. Impletis diebus quadraginta, apparuit ei Apostolus Petrus dicens ei: Orans pro te, & dimissa sunt tibi omnia peccata tua, praeter quam imposita tibi manuum. Hoc solium atque requiritur, sius bene, sius fortasse male egeris, haec tibi.

Sed quid est: Omnia tibi sunt dimissa peccata praeter manuum impositionem? Num peccata ex parte dimitti possunt: minime gentium, si ad culpam referas. Ceterum quod ut penam dici debet dimissa fuisse S. Leoni peccata. Quod enim facile fit in his peccata esse prudenē Episcopum

IV.

Greg. 461.

MIRACULUM DE INCUBO BRAN- DIO.

V.

Greg. Turon.

IX.

DE SECTA IONIS.

VI.

QUID ESSE VELA- TIONEM IN VERTU- VII.

QUOD DO- MISSA PECCATA

TOXIV.

1. Tim. 5. pum, iure S. Apollonis moneta Timotheum: *Nemini cito manu imponeris, neque communicaveris peccatis alienis.* illis ergo remanebat S. Leo delictorum promissus obligatus, quae illi perpetrasset, qui ab eo indigni promissi fuissent ad ordines. Tunc namque dicuntur praesules communicare peccatis alienis, dum indignis conferunt honores & ministeria. Hinc sibi timens Propheta Rex ait: *Ad alienum parce sermo tuus.* Quod si haec sunt in vindi, quid fiet in arido? Leone quis sanctorum atque prudentior, ut vitium periculum liber transiliat?

VIII. De eodem sanctissimo Pontifice quaedam indigna Christianis auribus irrepit sine vili maiorum auctoritate facta fabella, quae ad recentioribus tamen nonnullis abloque delectu cuncta confarinantibus, & sine fine vera vel falsa minime disquietentibus, vel saltem leuiter dubitantibus, scriptis affertur. nempe S. Leonem, cum formosa mulier eius manum esset excolata, passum quid oblectationis humanae, ob eam causam in se ipsum vitorem, ad excidendam dexteram ferro armasse iussit: sed oranti ipsi ad Dei Genitricis imaginem, ab eadem secutam manum fuisse restitutam. Ad nugas sunt istae, & garrularum fabulae veterum. Quod enim S. Ioanni Damasceno contigit, cum ab Iconoclata Leone mutilatus est dextra, & sanatus a Virgine, inuersa historia colorata, Leo Papa praecisus manu datur, & ad Deipara eadem restitutus allentur. Sed facessant commenta isthaec: quorum imago picta iussu Clementis Papae octauo, consulis viri docti, abradenda est, quod nulla penitus reperta sit veritate subnixta, vel saltem veri similitudine colorata, sed leuissime in vulgus sparsa, instarq; somniorum effusa, vt solent nugas reliquae ab otiosis effingi. Descibeberent haec, quae ad reuelendam fabulam hanc, iussu conscripti, si id alicuius ponderis quorsio, & non quae sua leuitate euanelcit, exegeret.

IX. Iam vero quae de eodem S. Leone in libro de Romanis Pontificibus ab Anastasio scripta leguntur, adijciamus: praeter illa enim, quae superius certis locis sunt collocata, de scriptis ab eo epistolis haec ibi habentur:

Hic beatus Leo Archiepiscopus multis epistolis fidei mysticae, quae hodie Archiepiscopo Ecclesiae Romanae reuoluntur. Hic firmius frequenter suis epistolis Synodum Chalcedonensem: ad Marcianum Augustum epistolas duodecim: ad Leonem Augustum epistolas tredecim: ad Flavianum Episcopum epistolas nouem: ad Episcopos per Orientem epistolas octodecim, per quas fidem Synodi confirmavit. & inferius: Hic renouauit basilicam Petri Apostoli, & fecit ibi cameram, quam ornauit. Et beati Pauli basilicam post ignem diuinum, cum videlicet taeta fulmine incensa est, renouauit: fecit & cameram in eadem similiter, & in basilica Constantiniana. Sed dilucidius de opere S. Leonis in basilica S. Pauli haec habet Hadrianus Papa in epistola ad Carolum Magnum Imperatorem:

X. Item de sacro quarto Concilio egregie atq; mirifice predicatur sanctus Leo Papa, qui & ipse fecit Ecclesiam, quas in misso ex diuersis historiis, seu imaginibus pingens decorauit: magis autem in basilica sancti Pauli Apostoli, arcum ibidem maiorem faciens, & in misso de pingens Saluatorem Dominum nostrum Iesum Christum, & secum viginti quatuor seniores, nomine suo vestibus decorauit: & tunc vsque hactenus fideliter a nobis venerantur. haec Hadrianus ad Carolum. Porro ipsa Saluatoris imago cum dictis viginti quatuor senioribus super maiorem arcum ab ipso ad iussulciendum veterem arcum super addidit, multum opere elaborata, adhuc extat, septorium vero imagines non nihil passae iacturam: facta haec autem expensis Galliae Placidiae, docet inscriptio superius in eiusdem Galliae obitu recitata. Reliquos vero, qui nomine Leonis reperiuntur ibi tituli, siue supra basilicam ianuam, siue in columna dextera maioris arcus, scias esse Leonis Papae Tertij.

XI. Sed rursus apud eundem auctorem de eodem, de quo est sermo, Leone haec se quuntur: Fecit quoque basilicam sancto Cornelio Episcopo & martyri iuxta conuerterium Callisti, via Appia, & paulo post: Hic constituit monasterium apud beatorum Petrum Apostolum. Hic constituit, vt intra actionem sacrificij duceretur: sanctum sacrificium, immaculatam basilicam, & inferius: Hic etiam constituit & addidit super sepulchra Apostolo-

rum ex clero Romano custodes, qui dicuntur Cubicularij. quos modo dicimus Capellanos: Cubiculum enim idem fuisse apud antiquos, quod hodie apud nos Capellam, notauimus in Romano Martyrologio: cum alioqui & aliquos ex Cubicularijs fuisse laicos homines, doceat ordo Romanus. Subditur vero ibidem: Hic fecit ordinationes quatuor per mensem Decembrem in vrbe Roma, presbyteros octoginta unum, diaconos triginta unum, Episcopos per diuersa loca centum octoginta quinque. Qui etiam sepultus est apud beatum Petrum Apostolum tertio Idibus Aprilis. Cessauit Episcopatus eius dies septem, haec ibi. Extat eiusdem S. Leonis sepulturae inditum Epitaphium, non cum modo sepultus est, sed cum translatus est eius venerandum corpus a Sergio Papa. quod sic se habet:

Huius Apostolici primum est hic Corpus humanum
Quod foret, & tumulo dignum in arce Petri
Hinc vatum procerumq; cohorti quos cerni adesse
Membra sub egregia sunt adoperta domo
Sed dudum vt Pastor Magnus Leo septa regemq;
Christicola sem seruis iamior arcu ei ac
Commouet & signulo quod gesserat ipse superstes
Insidens ne lapsus vaster ouile Dei
Testantur misipro recto & gmate libri
Quos pia corda colunt quos prava turba timet
Rugit & panida stupuerunt corda serarum
Pastorq; suis iussa sequuntur oues
Hic tamen extremo sacui sub marmore Templi
Quem iam Pontificum plura sepulchra celant
Sergius Antistes diuino impulsus amore
Nunc in fronte sacra et insulit inde domum
Exornari: Rutilum pretioso marmore tumbum
In quo poscentes mira superna vident
Et quae praemicuit mirae virtutibus olim
Vltima pontificis gloria maior erit.

Ad postremum vero quod inuenimus nobis monumentum, nempe culum numisma aeternum in sancti Leonis Papae memoria, cum imagine & nomine sancti Petri a parte altera, altera vero nomine expresso ipsius S. Leonis (quod de alijs ante eum Romanis Pontificibus non reperitur) hic tibi expressam formis reddendum curauimus. extat ipsum quidem in Archiueo rerum antiquarum mei perneccellarij, viri deserti, Lelij Valsqualini Canonici sanctae Mariae Maioris: praeter se fert namque omnem cum antiquitate sinceritatem, vt ne leuissime suspitioni subiacet impostura.



De quo quis eam roget sententiam, puro illud de eotēpore culum, quo ab Atula Hunnothm Rege, cum exercitu imminet, fultus praedio S. Petri Apostoli, Urbem (vt diximus) liberavit. Sed dicit aliquis: Quid super humerū clausi? Vtique allusum esse scias ad vaticinium Isaiae, quo haec sub figura de Christo dicitur: *Dabo clauem domus David super humerum eius: & aperiet, & non erit qui claudat: & claudet, & non erit qui aperiat.* cuius clausi pariter mentio est in Apocalypsi: quod simbolo significaretur Christi potestas S. Petro collata. Habes etiam & excusa S. Petri imagine, quales esse solent conuata sacerdotum, quas coronas vocamus. Non omittimus de S. Leone, quod auctor fuit Placidiae Augustae, vt exornaret basilicam sancti Pauli (quod, & superius suo loco dictum, cum de eadem basilica fuis tractatum est.) Sed, & curauit pariter idem sanctus Leo, vt eadem Placidia basilicam S. Laurentij in agro Verano in meliorem formam restitueret: & ornaret. Est namque de his verus inscriptio, quam hic describendam curauimus:

Antiq. vrb. in Append. pag. 170. n. 4. LEONIS EPITAPHIUM.

XII.

NUMISMA S. LEONIS.

Isai. 22. Apoc. 9. S. LEO PLACIDIAE AVGVSTAE EXORNAVERIT BASILICAM ET LAVRENTII. Antiq. vrb. in Append. pag. 171. num. 2.

Gand.

*Gaudet Pontifici studio splendere Leonis
Placidia pia mem' operis decus omne Pater
Demonit Dominus tenebras ut luce creatas
His quondam latebris sic modo fulgur inest
Augustos aditus venerabile corpus habebat
Hac ubi nunc papulum largior aula capis
Eruca planities patuit sub monte recisa
Et que remota graui mole ruina minax.*

XIII.

HILARVS PAPA CREATVS

Ad postremum verò quod apud Valsitidum legitur de S. Leone, septies vel nouies Missarū solemnia eadem die celebrasse: de Tertio Leone potius quàm de Primo accipiendum est: cum alioqui ipse Leo in epistola ad Dioscorū tradat, ex iustā causā sepius sacrificiū eādē die iterare licere. De tempore autem vacationis sedis S. Leonis, quòd traditur vacasse dies septem, certus apprehenditur error; eū ex Concilio Romano sub Hilario Papa Leonis successore confiteri, subrogationem Hilari contigisse mense Nouembri: Habent enim ipsa Concilij Acta, cōuenisse eo tempore Romæ Episcopos celebrandi causā natalis diei ipsius Pontificis. Porro per natalem diem, qui solemniter Romæ agi solitus erat Romani Episcopi, in qua si ordinationis eius in Summum Pontificem intelligi debere diem, S. Leonis Papæ de ea re sermones habiti manifestè declarāt. Par est igitur, de tempore creationis Hilari, Concilij Actis & ipsius Papæ epistolæ potius acquiescere, quàm numerò dierum incerto auctore signato, eūm præsertim assertorē huius veritatis dignum chronographum habeamus Marianum Scotum, qui pridie Idūs Nouēbris ordinationem Hilari Papæ ponit.

XIV. HILARVS CONFIRMATVS MATRIS DECRETVM FIDELI

Qui verò post S. Leonem subrogatus est Hilarius, fuit natione Sardinus, patre Crispino genitus: quem olim diaconum idem S. Leo legatum vnā cum collegis (vt dictum est) miserat Ephesum ad Concilium ibi æcumenicum sub Theodosio celebrandum. Simulac autem Hilarius in Romanæ Ecclesiæ Apostolica sede confedit, memor se tanti esse Pontificis successorem, sub quo aduersus hæreticos certans, vicem eius agens, primos ordines dixerat; nihil antiquius habuit, quàm quæ tanto labore essent contra hæreticos constituta, eadem sarta recta firmaque atq; custodita relinquere. Quamobrem epistolam Encyclicam scripsit de damnatione Nestorij & Eutychetis, & confirmatione trium præcipuorum æcumenicorum Conciliorum: id enim in rebus ab eo gestis, in ipso earum ingressu eia describitur: Hic fecit decretalem & per vniuersum Orientem sparsit epistolam de fide Catholica, confirmans tres Synodos, Nicenam, Ephesinam & Chæcedonensem, & totum S. Archiepiscopi Leonis: & damnauit Eutychetem & Nestorium, & omnes eorum sequaces, & omnes hæreticos, confirmans dominationem & principatum sanctæ sedis Catholice & Apostolicæ. hæc ubi, atq; de Hilario modo factis.

XV.

Apud Sur. 11 de Decembr. LEONIS IMP. ORIGINET. FILIUM.

Quod verò ad res Orientis spectat: hoc ipso tempore, cum S. Danielis, qui colubina ascendit anno (vt vidimus) superioris, miraculorum editione fama celebris innotesceret, Leo Imperator eum cepit magno honore habere, & interdum etiam visitare, cuius & ad Deum precibus masculam prolem ex Verina coniuge obtinuit: quomodo autem hæc se habuerint, in rebus ab eo gestis fideliter scriptis ita narratur: Magnus Leo, qui Romanum quondam regerat Imperium, naturam autem regere non poterat, sed proles ei dedit masculam, quid facit? Confugit ad Deum omnium Dominū, apud ipsum Danielē vsu intercessore. Ille verò paruit, & anno sequenti parituram esse uxorem protinus significauit. Res verò, vt dixerat, successit: natura cepit precibus, non solum ad hoc, vt daret filium, sed ad hoc etiam, vt daret illo tempore, quo Sanctus diuinum præceperat. Sic ille Daniel non solum erat filius prece, sed per preces dabitur, vt haberent filios. hæc ubi. Vt iam transtulit infantem Deus ætæterni regni successione ad fructiōnem regni celestis, oculo iudicio, sed tamen ipsi infanti proficuo: Cæterum haud leuis suspicio est, subductū fuisse ex hac vita arte Ariadnæ sororis nequissimæ Ierinxæ, Zenonis vxoris, inhiantis Imperio, & malorum omnium, quibus afflicta est Orientalis Ecclesia, subdole concinnatricis. Subdit verò mox auctor de Eudoxia vxore Valentiniani Augusti, quæ cum filius captiua ducta fuerat à Genserij

co Wandalarum Rege in Africa, atq; inde vnā cum filia Placidia coniuge Olybrij missa Constantinopolim.

Cum (inquit) fama erga Sanctum vbiq; predicaretur, ad eum venit etiam Imperatrix Eudoxia, nuper seruata ex Africa: & magnam quidem ei reuerentiam, multum autem tribuendi honorem, & rogat: ipsum Danielē, vt descenderet quidem de colonna, ad sua verò loca venire & cohabitare: Sunt autem (dicebat) res quidem multa, & amplexu silentio, & qua possent aliquam præbere consolationem. Ille verò bonam eius mentem accipiens & laudans, statuit non transigrare, sed in collo perscuerare, in quo fuerat à Christo plantatus. ista ubi de Eudoxia, quæ deprauato textu nominatur Eudocia: nam quæ fuit hoc nomine Imperatrix coniux Theodosij Iunioris, ipsa iam (vt vidimus) defuncta Hierosolymis erat: alia autem Eudocia filia Eudoxiæ Augustæ retenta fuit in Africa à Genserico in coniugem Hunerici eius filij, ipsa verò Eudoxia dimissa libera est proficiat ad filiam Olybrij nuptam Constantinopolim, vbi & diem clausit extremum.

XVI. EUDOXIA AVO. AD DANIELIEM.

Quod autem dux reperiantur Eudoxiæ, eademq; Augustæ, prior Arcadij vxor, posterior verò Theodosij Iunioris filia ex Eudocia, vxor Valentiniani tertij huius nominis Imperatoris: priorem illā dictam esse cognomento Liciniam cum antiquarijs magni nominis nobis assereret, errandi tribuit occasionem: ceterum ex litteris ipsius Eudoxiæ ad Theodosium datis aduersus Dioscorum & Eutychetem pro S. Leone Rom. Pontif. factis aperte apparet, non illā, sed Iuniorē dictam fuisse Liciniam Eudoxiæ. Priore verò Eudoxiam oēs fermè Iulian cognomento nominant: Eudociam autem Iunioris Eudoxiæ matrem, Eliam cognominatam fuisse, vetera numismata docent: Quod quidem cognomen deductum videri potest à Flaccilla Augusta Theodosij Maioris vxore, quæ Eliā dicta reperitur. Quorum quidem Augustarum hæc ubi simul ex numismatibus formas reddere laborauimus, atque in primis Eliæ Flaccillæ coniugis Theodosij Senioris, à qua Augustæ posteriores Eliæ nominatæ videntur.

XVII. DUX EUDOXIA.

In primis am. Con. Chæced.

In primis am. Con. Chæced.

In primis am. Con. Chæced.



Quod autem subditur cufum numisma, est Eliæ Eudociæ Augustæ Theodosij Iunioris vxoris, matris verò Eudoxiæ Augustæ coniugis Valentiniani Imperatoris.



Quam verò vdisti Crucem intra coronam, eam super frontem gestasse Augustas, aliàs diximus, & sequentis nummi forma declarat, quæ est Licinix Eudoxiæ Augustæ coniugis Valentiniani, errore aliquando posita pro Eudoxia Augusta Arcadij vxore: sed cur non & ipsa Eliā dicta, ignoratur.

